Ad Thucydidem. b. c. d. incepi d. 18. Mart. 1759.

3. 24. §. ὀλίγων καὶ ἀτειχίστων. quippe numero paucis, iisdemque opere nullo munitis. 35. διὰ τὸ delendum est, ut scholium dictionis ἐκ τοῦ.

37. ἐς τὰ ἄλλα] subaudi ἔθνη vel χωρία in alias regiones. ~~affertur~~ sententiae illius, modo propositae, quae affirmat, ~~propter~~ transitiones in alias regiones non similiter augeri vel incrementa capi [impersonaliter] hoc argumento est, quod nunc dicam.
— quum similiter dicit, respicit ad subaudiendum quam si nullae evenirent transitiones, vel migrationes.

4. 45. τὴν τῶν.

4. 48. χεῖν. aut ἔχειν non offendit me structura δοκεῖ cum εἶχεν, nam ea etiam Herodoto familiaris est sed debet idem tenor in eadem sententiae complexione observari.

50. κατὰ ἔθνη δὲ ἄλλα τε] subaudi ἔθνη. tantundem est ac si dixisset ἔθνη δὲ ἕκαστα ἀφ᾽ ἑαυτῶν ~~παρ~~ἐχεσθαι, καὶ ἄλλα, καὶ μάλιστα τὸ πελασγικόν.

53. αὐτοὺς. semet ipsos offerentibus et ingerentibus.

55. μᾶλλον saepe Herodoto, Thucydidi, aliis idem est atque crebro, frequenter, multum. Sententia est e consuetudine singularium Graeciae populorum cum Hellenis sobole, (quae soboles passim urbium praesidia tenebat, et mercede urbes custodiebat) factum esse, ut populi illi singulares seorsim quique Hellenes vocitarentur, non autem totus illorum populorum complexus. id quod ~~se~~ tardius accidit.

59. ὠνόμασεν] subaudi Ἕλληνας.

http://digital.slub-dresden.de/ppn347235816/3